

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

CLIIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

que tamen, licet tertio jam rogatus, remittit exemplar. Ultima vice (ut refert Tabellarius) dixit. Exemplar esse penes R. tuam. Cœpi itaque denuo sperare, fortasse à R. tua Typographum persuasum, aut persuadendum, ut voto D. M. Vogelii satisfaciat. Quod si perstat in sua sententia, vehementer oro, ut R. tua curare dignetur, quo cum hoc tabellariorum librum accipiam, ne alias occasiones negligamus. Miror autem Typographorum quorundam inepta judicia, quod ejusmodi libros imprimere vereantur, qui non sex tantum mensibus, sed multis annis possunt esse vendibiles, interea sœpe occupantur aliis nugis. Ostensa est autem D. M. Vogelio alibi spes, quandoquidem D. Rihelius hactenus recusavit hanc operam in se recipere. Quare vehementer oro & meo & Domini Vogelii nomine, ut (nisi D. Rihelius certo promittere velit, se statim in manus sumptuorum illud opus) per hunc tabellarium exemplar remittatur. Ignoscat mihi R. tua, quod toties eandem in hac causa obtundam, gravioribus negotiis occupataam; facio enim hoc, fretus singulari tuae R. erga me favore. Bene & feliciter valeat R. tua, cum conjugi & liberis suavissimis, inter quos Ornatisimos juvenes, filios R. tuae, Theologiae Licentiatos, salutari peto, & reliquos Argentinenses Theologos, Ecclesiae Christi ministros. Salutant R. tuam officiose D. Praepositus Bidembachius, & reliqui mei Collegæ. Datae Stutgardia, 8. Decemb. Anno salutis 1573.

Tua. R.

studio fons

Lucas Osiander, D.

## CLIIX.

Cum hic civis noster ad vos profecturus esset, vir reverende & charissime frater, nolui committere, quin scriberem aliquid, ut per eundem tibi rescribendi dampnum occasionem. De Gallie statu cum varia varii narrarint, deprehendimus plerique esse. Nunc id constat pro certo, regem pacem expetere, quod nervus belli deficit, adeoque & papistici ordines conferre impensas molestè ferant, cum primis vero ecclesiastici, à quibus tertiam proventuum partem exigit. Tum quia cernit, non Ugnotos tantum sed Papistas etiam, regni incolas, à suis auxiliis spoliari & diripi. Adeo quod dux Sabaudiae non definit flagitare, urgere, ut pacem etiam sentiat, quam daturus videatur, sed non quem Ugnoti velint, ut maxime perfecutionis mitigationem promittat. Et in paucis aliquot locis religionis exercitium, in reliquis tamen omnibus regni partibus id non sit permissum. Ac meliori ipsum fide acturum putant, quam fratrem defunctum, quia minus sit ad simulationem compositus & aper-

rus nominis Christi hostis. Rupellani cum complicibus etiam ad pacem inclinant, fessi nimirum bello diurno, & quia vident, in Pictonibus urbes, quas Vgnoti tenebant, à rege occupatas. Et proinde legatos huc ad Condeum miserunt, qui advenierunt die hesterna, cum isto tractaturi de conditionibus, quas recta hinc ad regem pergentes proponant, ex communi complicum consensu. Interea Dan<sup>W</sup>ilanus in Aquitania prosperè agit, cuius successus, licet Papistæ, Papistarum consilia & molimina non nihil perturbant & infringunt; difficultas autem tota in obtinenda pace remoraque fore puratur, quod neutra pars alteri confidat, neque eam, quam postulant Vgnoti, securitatem præstare rex velit. Cum nihilo magis iis fidendum censeat, cum à facta postrema pace priores denuo arma sumperferunt. In incertum ergo evenitum Legati abeunt, & nisi Dominus de celis pacem ipse donet, nullus fit futurus ærumnarum finis, donec totum regnum concussum ruat. Bityrum te accepisse arbitror, si quid sit, in quo requiras officium, indicato & bene vale in Christo Iesu cum suis omnibus. Scripti Basileæ, 6. Cal. Januarii, 74.

*R*, *d*, *t*, *totus*

## Sulcerus.

CLIX.

S.D. Reverende & clarissime vir, compater carissime.

**A**liquoties jam non sine molestia didici, *τίκτε βλασφημίαν, ιτάντε βλασφημίαν την πόρφυραν*  
Et tamen fato quodam meo in Stiriam quoque, proximo mense veni, vocatus  
principiū ad scholæ provincialium constitutionem, in qua cum primis artibus & lin-  
guis Theologicam lectionem conjungi, & verae religionis fontes sinceros conservati  
& propagari optant, Ecclesiasticas deliberationes nondum attigi, quod *πέπονται* qui-  
dam *βεβαστεμένοι* in hac Ecclesia, suæ authoritati præjudicatum in fortasse veretur:  
Ideoque omnia misceri ac turbari mallet, cui cum omni manuctudine & *παραχρηστικών*  
libenter cedendum esse, teneræ hujus ac mediocriter jam DEI beneficio in medio  
inimicorum, Jesuitarum & aliorum, florentis Ecclesiat causa ita.  
Nam non  
turbari, sed omnibus officiis foveri & confirmari opto. Scripti ad te Colonia ad  
Suevum & Lynceam ad Danubium de Resdorffo vestro, ut isthic eum tanisper retine-  
atis, donec vel ipse solvat, vel D. Levino Rostochii solutum esse, ipsius chirogra-  
pho doceat. Orationem de scholis historicam, in qua ab initio Ecclesiat adjun-  
etas fuisse scholas, easque post Apostolorum tempora etiam in Germania semper ali-  
quas fuisse doceo, cum primum excula fuerit, mittam. Nunc alteram de Ecclesia-